

A D O L P H I

M E K E R C H I B R U -

G E N S I S D E V E T E R I E T R E -

ta pronuntiatione linguæ Græcæ com-
mentarius, jam auctus & recognitus.

*Quid singillatim hoc libro tractetur, epi-
stolium ad Lectorem indicabit.*

Accessit appendix de Græcorum accen-
tibus, cum scholiis.



A N T V E R P I Æ,

Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXVI.

LECTORI.

HIC non solum, candidè Lector, ex variis tum aucto-
 ribus tum linguis certò evincitur, eam qua hodie etiã
 docti utuntur pronuntiationem maxima ex parte notham,
 depravatam, & suppositivam esse, neque lingua Græca
 discenda docendaq; idoneam: sed eius etiã loco vera, ger-
 mana, incorrupta, & pura puta veterum Græcorum pro-
 nuntiatio ex reliquiis antiquitatis & linguis vulgaribus pe-
 tita in integrum restituitur. Interim tediij levandì gratia,
 multa obiter lingua Latina populariumq; quibus hodie uti-
 mur linguarum vocabula in Græcia nata esse demonstran-
 tur, & ad suos fontes revocantur: ac de orthographia, ety-
 mologia, dialectis, accentibus, vocumq; significatione que-
 dam, ὡς ἐν τῶν ἀποδῶ, interseruntur, aliãq; non pauca co-
 gnitione dignissima, rerum varietate jucunda, & propter
 antiquitatem veneranda tractantur. Quæ si cui prolixiora
 videntur, legat compendium illud quod hinc excerptum,
 nonnullis lexicis Græcis præfigitur, atque etiã separatim
 excuditur. Vale.

Εἰ νέα τέρπουσι, δίδουσι νέα σὺν ἢ παλαιὰ
 Μίξαμεν, ὡς πὶ νέον κεινοπαλαιον ἔχουσι.

Idem Latinè.

Si nova delectant, hæc sunt nova: sunt vetera illis

Mixta, ut utrumque habeas hic, vetus atq; novum.

REV.

3
R E V E R E N D I S S I M O

NOBILISSIMOQUE FRANCI-
SCO AB HELFAUT, DIVI PETRI
in monte Blandinio Abbati, primo Gan-
daventium Episcopo designato, A D O L-
PHUS MEKERCHUS Brugensis S. D.




X QUO SEMEL,
præful amplissime, in
tuam amicitiam receptus
sum, non desisti omni-
bus humanitatis officiis
me meosque prosequi,
tuoque favore quantum
posses ornare: ita ut ultro etiam Francisco
filiolo meo recens nato ad sacrum baptisma-
tis fontem nomen tuum indideris. Ac dici
certè à me nullo modo potest, quot veluti
vinculis fidem & observantiam in te meam
obstrinxeris. Ut autem foedissimam ingra-
titudinis notam effugerem, diu multumque
apud me deliberavi, qua potissimum ratio-
ne, si non remunerari tanta beneficia, at a-
gnoscerem & testificari tuam in me benevo-
lentiam possem. Itaque dum à reipublicæ
nostræ Francotanae negotiis paullulum tem-
poris suffuratus, vertendis Græcorum epi-
gramma-

ADOLPHI MEKERCHI
BRUGENSIS DE VETERI
& recta pronuntiatione linguæ
Græcæ commentarius.

*Quod Grammatico & Oratori necessaria
sit recta pronuntiatio.*

CAPUT PRIMUM.



DE ARTE GRAMMATICA hoc tempore & patrum nostrorum memoria multū copiosè, rectè, & luculenter scripserunt tum Græci tum Latini: at plerique primā illam Græcæ Grammatices partem quæ de litteris, earumque sonis, vi, ac potestate tractat, ne attigerunt quidem, vel leviter admodum aut perperam tractaverunt. Quod non tam illorum negligentiae aut culpæ, quàm vitio temporis adscribendū duxerim. Quis est porrò qui litteras vel à lumine salutavit, aut quantulumcunque alicujus linguæ gustum consecutus est, quem lateat quanti recta valeat pronuntiatio? quæ vel eo nomine penitus à Grammaticis excutienda fuit, quòd hæc ars potissimum circa litteras versatur, & ab illis tanquam à digniori denominationem accepit. γραμματικὴ γὰρ ἀπὸ τῶν γραμμάτων, quòd eius prima principia litteræ sunt: idcirco στοιχεῖα quoque, hoc est elementa, appellatæ. Ita ut hæc pars neutiquam ceu levioris momenti contemnenda vel negligenda fuerit, sine qua majora (ut Fabij verbis utar) cōstare non possunt: quippe unde,

NON

cher tantum hodie recipit adspirationē. Quid aper-
tius? Pulcher certè in veteribus inscriptionibus &
numismatis sæpius invenitur, quàm pulcer. Et
hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de litte-
ris & germana earum pronuntiatione diceremus.
Libuit autem quosdam Euripidis valde artificio-
sos & festivos versus ex Athenæo subjicere, ex qui-
bus cognoscere liceat antiquas quarundam litte-
rarum formas. Apud Euripidem igitur in Theseo
pastor quidam litterarum imperitus, litteras tamen
quibus Thesei nomen scribitur sic depingit:

Ἐγὼ πένυα γραμμάτων μὲν ἔκ' ἴδρις,

Μορφὰς δὲ λέξω, καὶ σαφὴν τεκμήσια.

Κύκλῳ τὴν ὡς τόνοιον ἐκμείδουμαν,

οὐτὶ δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.

Τὸ δ' ἄπρον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,

ταύτας διείργε δ' ἐν μέσῳ ἄλλη μία.

Τρίτον δὲ βοσρυχὸς τις ὡς εἰλιγμένῳ.

Τὸ δ' αὖ τέταρτον λιὸν μὲν εἰς ὄρθον μία,

δοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεσκευασμένα.

Ἐστὶν. τὸ πέμπτον δ' ἔκ' ἐπὶ ἀμφοῖν φράσει,

Γραμμαὶ γὰρ εἴσιν ἐκ' διεσώτων δύο,

αὐτὰ δὲ σωτηρέχουσαν εἰς μίαν βάσιν.

Τὸ λοιπὸν δὲ πρὸ βέτω περιστεμφές.

Quos versus ita reddidit Natalis Venetus:

Quum litterarum non peritus ipse sim,

Dicam figuras, signa quoque, evidentia.

Est circulus torno velut factus bene,

Signum quoque, habens in ventre quod clarè patet.

Binas secunda forma lineas tenet:

Dispercit has medio incidens mox altera.

Cincinnus inde tortus ipsa tertia.

KALENDARIVM

PERPETVVM, SIVE

Ephemeris syllabica, continens festa Ec-
clesiæ Romanæ.*Adolpho Mekercho auctore.*

JANVARIVS habet dies xxxi.

Sciſſio facta, Magi portant ſua munera Jeſu:

Antoni bone vincito Saulum munere JANV

SCHOLIA. Jeſu] Jeſu hic diſyllabum eſt; & J conſo-
nans, ut apud Hebræos.

Munere Jani] id eſt ſtrena, quæ ſolet dari menſe Januario.

1 Circumciſio. 6 Epiphania. 15 Jeſu.

17 Antonij. 22 Vincentij. 25 Converſio Pauli.

FEBRVARIVS xxviii.;

Si PURgare voles animũ dum FEBRVA durant,
Te magni ſolio PETRI MATTHIA liſte.FEBRVA] Plutarchus in vita Romuli ait Februarium
menſem ſonare Græcè καθάρσιον, id eſt expiatorium. Sic di-
ctus, quòd tum populus februareretur, id eſt purgaretur, ad
piaculis ſacrificiisq; intentus eſſet. Plinius: Vulgata pri-
ſcis temporibus opinio obtinuit, februa eſſe omnia quibus
malefactorum conſcientiæ purgarentur, delerenturq; pec-
cata, aut manes placidi redderentur. Ovidius 2. Faſtorum:*Februa Romani dixerè piamina patres:**Nunc quoque dant verbo plurima ſigna fidem. Et paulo poſt:**Denique quodcunq; eſt quo corpora noſtra piantur,**Hoc apud intentos nomen habebat avos.*Matthia] Verſus eſt ſpondaicus, quo rectè indicatur in
biſſexto diem intercalarem inferi.

2 Purificatio. 22 Cathedra Petri. 24 Matthie.

VER.